

H
100
18
14(37)

PRO PRIMORDIALI
 DE MORE ACADEMICO
 TOGATAE PALLADIS CERTAMINE
 EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 D. JOSEPHO
 DE
 PORTUGAL,
 COMITI E VIMIOSO
 PRÆCLARISSIMO,
 DOMINO MEO AMABILISSIMO

Me denuò
 Jam diù mancipio datum,
 Et nostra hæc

V. & C.

PRÆLIMINARIS QUÆSTIO
 PROCLAMAT:

*Utrum Filius familias, cui fideicommissum, vel legatum relictum fuit sub conditione, si morte patris sui juris efficiatur ex eo, quod per emancipationem exeat à patria potestate, statim possit tale legatum, vel fideicommissum cum effectu petere?
 Veniam, quòcunque vocaris.*

213

14(35)
1001

EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 D. JOSEPHO
 DE
 PORTUGALIA
 COMITI ENIMIOSO
 PRACARISSIMO
 DOMINO MEO AMABILISSIMO

Me genuo
 Jam diu mancipio datum
 Et nostra hac

N. & C.

DE PRIMORDIALI
 DE MORE ACADEMICO
 TOGATÆ PALLADIS CERTAMINE
 Ineundo,
 CÆSAREI JURIS
EMPORIUM
 CONSTRUCTUM

EX
 NOTATIS AD TITULUM ff. DE LEGATIS,
 & Fideicom. libro 3.

PATROCINANTE
 NOBILISSIMO, AC ERUDITISSIMO
 DOMINO

D. FERDINANDO PIRES
 MOURAM,

Cæsarei Juris Interprete acutissimo, in Collegio Regali Collega colendissimo, ac sæpe sæpius Rectore emeritissimo, in Portuensi Senatu Senatore eximio, & pro meritis ad maiora fastigia, & dignitatum culmina promovendo;

Præluit
 EMMANUEL ANTONIUS LEMOS
 CASTRO

Suo 5. Jurisprudentiæ anno, die 21 hujus mensis, hora 2

PRÆLIMINARIS QUÆSTIO
 PROCLAMAT:

Utrum Filiusfamilias, cui fideicommissum, vel legatum relicum fuit sub conditione, si morte patris sui juris efficiatur ex eo, quod per emancipationem exeat à patria potestate, statim possit tale legatum, vel fideicommissum cum effectu petere?

Veniam, quòcunque vocâris.

PROPRIMORDIALI

DE MORE ACADEMICO

TOGATAE PALLADIS CERTAMINE

Inuando,

CAESARIS JURIS

EMPORIUM

CONSTRICTUM

EX

NOTATIS AD TITULUM R. DE LEGATIS

& Fideicom. libro 3.

PATR. ROCC. N. ANTE

NOBILISSIMO, AC ERUDITISSIMO

DOMINO

D. FERDINANDO PIRES

MOURAM,

*Caesari Juris Interpreti acutissimo, in Collegio Regali Collega co-
lendarissimo, ac saepe sapientis Rectoris emeritissimo, in Portuensi
Senatu Senatoris eximio, & pro meritis ad maiora fastigia,
& dignitatum culmina promovendo,*

Preludii

EMMANUEL ANTONIUS LEMOS

CASTRO

2uo 5. Jurisprudentiae anno, die 21 huius mensis, hora 2

PRELIMINARIS QUESTIO

PROCLAMAT:

*Utrum Preliminaris, cui fideicommissum, vel legatum relictum fuit sub conditione, & morte
partis huiusmodi efficiatur ex eo, quod per emancipationem exeat & pars in potestate, hanc
possit tale legatum, vel fideicommissum cum effectu petere?
Veniens, duocundae vocatis.*

DE PERSONIS, QUIBUS testamenti factio denegatur.

Ad 7. C. Ulp. lib. 1. Fideicom. in L. 1. in principio, & §. 1. cum 4. sequentibus hoc nostro titulo.



INCERTO de statu proprio testamentum facere prohibetur.

Ut incertitudo testandi facultatem impediatur, debet versari inter extrema, in quorum aliquo incertus testamentum facere nequeat.

Si in utroque extremo incertus testari possit, incertitudo non attenditur.

- 4 Ex quo inferes: Ergo incertus, an sit dives, vel pauper, testamentum facere potest.
- 5 Incertus dicitur ille, qui fluctuat circa extrema, quin iudicium formet.
- 6 Miles incertus de statu suo testamentum facere non potest.
- 7 Si miles, qui verè erat paterfamilias, autumans se esse filiumfamilias, jure militari testamentum condatur, ad heredem legitimum bona paterna, adscriptum castrensia pertinebunt.
- 8 Si autem jure pagani utatur, contrarium affirmare nobis est.
- 9 Erranti circa statum proprium, testandi facultas denegatur.
- 10 Legatus, qui se hostium servum esse credit, etiam testandi facultate caret.
- 11 Deportatus codicillos facere non potest.
- 12 Ergo recte inferes, neque testamentum condere valet.
- 13 Appellans à sententia deportationis prolata testamentum facere non prohibetur.
- 14 Deportatus a Præfide Provinciæ ante probationem Principis retinet jus testandi, neque talis reputatur.
- 15 Præfectus prætorio, & ejus vices gerens, possunt cum effectu deportare.
- 16 Si inferes: Ergo etiam Præfectus Urbis poterit cum effectu deportare? Libenter concedimus.
- 17 Inspecto jure novissimo, non fit locus fisco, si deportatus ascendentes, vel descendentes habeat.
- 18 Filius illius, qui est apud hostes, testari non potest.
- 19 Si deportatus tempore deportationis codicillos faciat, & postea sui juris decedat, valebunt, si constet de nova voluntate.
- 20 Filium deportati prædictam capacitatem habere apud omnes in confesso est.
- 21 Præles Provinciæ nequit, inconsulto Principe, sententiam deportationis exequi.

22 Similiter non poterit, inconsulto Principe, executioni mandare sententiam capitalem prolatam contra decuriones, & eorum filios.

DE INCERTITUDINE CIR- ca proprium, & testatoris sta- tum circa aditionē he- reditatis.

Ad eundem J. C. Ulpian. in d. L. 1. in principio hoc nostro titulo, & ad J. C. Paul. lib. 59, ad edictum in L. Qui hereditatem 19. ff. de acquirenda hereditate.

- 23 **I**NCERTUS de delatione hereditatis eam adire nequit.
24 Utrum incertus de statu suo possit adire hereditatem? Respon-
demus affirmativè, si adeuntis intentio non repugnet.
25 Incertum de statu testatoris non posse adire hereditatem, cer-
te sequimur.
26 Dubitans circa vires testamenti aditionis hereditatis fit inca-
pax.
27 Incertus, an mulier testatoris sit prægnans, similiter adire non potest.
28 Qui dubitat, purè, an conditionaliter sit institutus inutiliter adit.
29 Non posse adire incertum, an conditio, sub qua est institutus sit impleta, certif-
sime credo.
30 Dubitans de parte, in qua est institutus, eodem modo se habet.
31 Incertus, an testator sit mortuus, hereditatem adire prohibetur.
32 Incertitudo circa causam adeundi officit aditioni.
33 Unde affirmare licet illum, qui in testamento est institutus, non posse adire ab-
intestato, nisi declarando causam aditionis.
34 Tanta vis est hujus requisiti, ut non solum expectetur ex parte adeuntis, sed e-
tiam jubentis.
35 Dubitans, an possit adire, non potest repudiare.
36 Qui est certus sibi & testamentariam, & legitimam hereditatem competere, si
illam repudiet, istam repudiare non censetur.
37 Si legitimam repudiet, utranque repudiare præsumitur.
38 Incertus, an institutionis, an substitutionis jure sibi competat hereditas, non
potest adire.
39 Quandiù institutus admitti potest, regulariter substituto locus non fit.
40 Genuine inferes: Ergo specialiter potest simul admitti institutus, & substitutus:
Mihi affirmare non displicet.

DE PERSONIS, A' QUIBUS fideicommissum relinqui potest.

Ad F. C. Ulpian. in d. L. 1. §. Sciend. usque ad finem.

41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63



FIDEICOMMISSUM vel est universale, vel particulare.

Universale dicitur, quando heres gravatur, totam hereditatem, vel ejus partem restituere.

Particulare verò dicitur, quando aliquis rem particularem restituere gravatur.

Quænam differentia consideretur in fideicommissis, inter jus novum, & antiquum? Quærenti exponam.

Fideicommissa universalia à solo herede relinqui possunt.

Particularia verò à quibuscunque personis relinquuntur.

Ut autem quis fideicommissio gravetur debet commodum accipere, *Vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur.*

Non tamen sufficit qualecunque commodum, sed requiritur, quod obveniat morte defuncti.

Ex quo sequitur à donatario inter vivos non posse relinqui fideicommissum.

Sed, si ab illo specialiter acceptetur, nihil impedit ad validitatem gravaminis.

Debitor potest gravari fideicommissio.

Requiritur amplius, quod tale commodum acceptum sit pecuniâ æstimabile.

Ergo propter commodum libertatis non potest gravari.

Debet etiam prædictum commodum obvenire ex judicio testatoris, & non ex accidenti.

Requiritur etiam, quod procedat ex bonis, & patrimonio defuncti.

Nominatum in capella, vel maioratu à non primo instituyente gravari non posse, quem lateat?

Ab substituto filij ex exheredati non potest relinqui fideicommissum.

Quavis ipsi filio commodum legati relinquatur respectu substituti, idem affirmo.

Non tamen inde sequitur à substituto, vel herede filij impuberis instituti fideicommissi non posse.

Heredem testamentarium posse fideicommissio gravari, quem lateat?

Non tamen potest ab eo sibi ipsi legatum, vel fideicommissum relinqui.

Heredem etiam legitimum posse fideicommissio gravari omnibus patet.

A substituto vulgari, & pupillari fideicommissum relinqui potest.

- 64 Posthumi ab intestato succedentes, fideicommissum gravari possunt.
 65 Quod à donatario causa mortis relinqui fideicommissum nihil impedit.
 66 Qui scit Filium sua bona tanquam vacantia occupaturum, potest à fisco fideicommissum relinqueret.
 67 Nemo potest plus oneris gravari, quam commodi accipit.

Ad J. C. Gayum lib. 1. Fideicommiss. in L. Ex filio præterito 2. ff. hoc nostro titulo.

- 68 **A** Filio præterito, qui est in patria potestate, licet postea annullando patris testamentum successurus sit, ab intestato fideicommissum relinqui non potest.
 69 Si tamen testator non nominatim, sed generaliter, à quocunque herede relinquat, filius præteritus ad ejus æstimationem tenetur.
 70 Hanc resolutionem vigere etiam post constitutionem Justiniani in Authentica, ut cum de appellat. §. aliud collat. 8. firmiter tenemus.

Ad J. C. Ulpianum lib. 1. fideicommiss. in L. Si mulier 3. ff. hoc nostro titulo.

- 71 **U**xor potest fideicommissum relinqueret à marito, quem per acceptationem à solutione dotis liberavit.
 72 Siquis legaverit servum, ut legatarius statim eum manumittat, cum fideicommissum gravare non potest.
 73 Siquis rem creditori leget, quam ex stipulatu debebat, licet legatum valeat, legatarius gravari non potest.
 74 Licet quis animo donandi causa mortis remittat pignus debitoris, fideicommittere ab eo non potest.

Ad J. C. Paul. lib. 1. Sentent. in L. A patre 4. per totam ff. hoc nostro titulo.

- 75 **Q**uando filiusfamilias, vel servus instituitur, potest ab ejus patre, vel domino fideicommitteri.
 76 Si tamen filius; vel servus ante aditionem hereditatis fuerint primus emancipatus, secundus manumissus, neque pater, nec dominus ad gravamen tenetur.
 77 Et utilibus actionibus fideicommissum à filio emancipato, & servo manumisso peti potest.

Ad J. C. Ulpian. lib. 1. fideicommiss. in L. Si fuerit 5. hoc nostro titulo.

- 78 **A** Legatario, vel fideicommissario fideicommissum relinqui potest.
 79 Hinc deduces administratores municipij, cui legatur, posse fideicommissum gravari.
 80 Ab herede heredis, vel legatarij fideicommitteri posse defendimus.

Ad 7. C. Paul. lib. 1. fideicommiss. in L. Sed, etsi 6. hoc nostro titulo.

81 **S**I heres heredis gravetur nomine proprio, v. g. *Si Titius heres heredis mei sit*, fideicommissum ab eo relinqui non potest.

Ad 7. C. Ulpian. lib. 1. Fideicommiss. in L. Si deportati servo 7. per totam ff. hoc titulo.

82 **Q**ui ex testamento capere non potest, vel est incapax absolutè, & propriè, vel secundum quid.

83 Absolutè, & propriè incapax est ille, qui testamenti factionem non habet, incapax secundum quid, seu indignus est illè, qui testamenti factionem habet; ob aliquam tamen causam, non potest relictum retinere, sed à fisco ei auferitur.

84 Deportatus est absolutè, & propriè incapax: non autem indignus.

85 Illis tantummodo servis possumus legare, cum quorum dominis testamenti factio est.

86 Deportatus non solum est incapax capiendi ex testamento hereditatem, & legata, sed etiam fideicommissa.

87 Fideicommissum relictum servo deportati pertinet ad fiscum.

88 Limitatur tamen, si deportatus, vivo testatore, prædictum servum alienaverit.

89 Limitatur etiam, si deportatus à Principe sit restitutus, tunc enim ad ipsum deportatum fideicommissum pertinebit.

90 Si autem dies fideicommissi cesserit extante adhuc deportato in deportatione, & servo in ejus potestate, inutiliter cedit.

91 Clerici, & Monachi olim erant incapaces capiendi ex testamento.

92 De jure nostro regio etiam aliquorum bonorum eis interdicitur acquisitio.

93 Non minor incapacitas datur in filiis spurii respectu testamenti paterni.

94 Quod genus filiorum spuriorum detur, querenti in certamine exponam.

95 Filij vero naturales solum tempore Imperatoris Constantini erant incapaces.

96 Hæretici tam notorij, quam occulti sunt absolutè, & simpliciter incapaces capiendi ex testamento.

97 Idem de Apostatis constanter asserimus.

98 Si aliquid fuerit relictum hæretico occulto, postquam talis hæreticus declaratur, non pertinebit ad fiscum, sed ad heredes ab intestato relinquentis.

99 Si vero tam Apostata, quam hæreticus fuerint per Apostolicos inquisitores Ecclesie reconciliati, ex testamento capere non prohibentur.

100 Deportatus ex testamento militis capere potest.

101 Non valet fideicommissum relictum à legatario, quando talis est creditor, & ipsi simpliciter legatur debitum.

719
Ad 7. C. Paul. lib. 1. fideicommiss. in L. Legatarius 8. ff. hoc titulo.

- 102 **Q**uando legatarius agnovit legatum, & illud accepit vel in iudicio, vel extra iudicium tenetur ad præstationem fideicommissi intra vires legati.
- 103 Si legatarius legatum petat in iudicio, & partem illius tantum accipiat; quia v. g. iudex heredem solum in partem condemnavit, & fideicommissum excedat partem acceptam pro excessu legati non valet.
- 104 Legatarius non potest cogi ad agnoscendum legatum.
- 105 Neque casu, quo non vult agnoscere legatum ad præstationem fideicommissi.
- 106 Cogi tamen potest in hoc casu, ut actionem suam contra heredem fideicommissario cedat.
- 107 Si quæras: An casu, quo maius sit legatum fideicommissio, legatarius teneatur actionem cedere pro integro legato, vel pro parte in fideicommissio contenta? Pro parte in fideicommissio contenta resolvimus cessionem fieri debere.
- 108 Si legatarius absolute repudiaverit legatum, neque ad fideicommissum præstandum, neque ad actionem cedendam cogi potest.
- 109 Legatarius, qui petit legatum in iudicio, & illud non obtinuit, quia heres fuit à iudice absolutus de illo præstando, fideicommissum præstare non tenetur, sed cessionem actionis.
- 110 Contra fideicommissarium agentem ex actione sibi concessa non potest heres opponere exceptionem rei iudicatæ.
- 111 Si lis fuerit amissa culpa legatarii, pro illa tenetur.
- 112 Legatum servo heredis relictum non valet.
- 113 Diverso modo procedit respectu legati alimentorum.
- 114 Sustinetur tamen, si heres gravetur de præstanda ei libertate.
- 115 Idem resolvimus in legato servo proprio relicto.
- 116 Si autem servus proprius extraneo legetur, legatum ipsi relictum legatario acquiratur.
- 117 Patre, vel domino instituto, inutiliter eius filio, vel servo legatur.
- 118 Servo autem, vel filio instituto, utiliter patri, vel domino legatum relinquatur.
- 119 Hoc tamen procedit de jure Digestorum, non autem de jure Codicis, aut Regio.
- 120 De hoc jure tantummodo usufructus patri acquiritur, salva manente proprietate filio.
- 121 Quando testator Titium v. g. instituit, & eum gravavit, ut quod ex bonis suis reciperet, cuidam filie ipsius restitueret hac clausula, ut *hoc amplius haberet, quam ex bonis patris receptura erat*, fideicommissum post mortem patris heredis deberi affirmamus.

Ad 7. C. Metian. lib. 1. fideicommiss. in L. Si ita 9. ff. hoc titulo.

- 122 **S**i testator generaliter gravaverit eum, ad quem bona sua sunt perventura; censetur gravatus etiam successor, qui post testamentum nascatur, vel cognatus fiat.
- 123 Etiam ad prædictum gravamen tenetur uxor, quam postea duxit.

124 Deficientibus consanguineis usque ad decimum gradum, succedit mulier in bonis mariti, & vice versa eadem juris dispositio militat.

Ad. J.C. Ulpian. lib. 2. Fideicommissorum in L. Fideicommissa 11. à princ. usque ad §. Si rem exclus. ff. hoc titulo.

125 **F**ideicommissa quocunque idiomate relinqui possunt.

126 Et etiam ex nutu constare dicimus.

127 Exemplum, quod testator fecit se præparans ad testandum, non valet, ut testamentum.

128 Si inferes: Ergo neque valet, ut codicillus: Illationem concedere non displicet.

129 Verba commendataria fideicommissum non inducunt.

130 Si heres gravetur de restituenda sua portione alteri coheredi, accepta ab eo certa quantitate, potest contra eum agere, ut prædictam quantitatem præster.

131 Talem dispositionem esse conditionalem sequor.

132 In his terminis duplex dari fideicommissum affirmamus; unum respectu portionis, alterum respectu quantitatis.

133 Per hæc verba: *Sufficient tibi vineæ meæ: vel: contentus estotalire:* fideicommissum inducitur.

134 Fideicommissum, vel legatum relictum: *Nisi heres noluerit*, validum esse affirmamus.

135 Tale fideicommissum quasi conditionale esse constanter defendimus.

136 Illa autem conditio: *Nisi heres noluerit*, impleta censetur, ubi primum heres potuit nolle, & hoc non declaravit.

137 Neque legatum, neque fideicommissum relinqui potest sub conditione: *Si heres voluerit.*

138 Si tamen relinquatur sub conditione: *Cum heres voluerit*, sustinetur.

139 Heres cogi nõ potest efficaciter ad præstationẽ hujus legati, sed ejus heres efficaciter tenetur.

140 Institutio nequit ex aliena voluntate pendere neque per modum dispositionis, neque per modum conditionis.

141 Idem in legato, & fideicommissio defendimus.

142 Possunt tamen conferri in liberam, & expressam voluntatem legatarij, & fideicommissarij, v. g. *Si ipse voluerit.*

143 Legatum hoc modo relictum esse conditionale affirmamus.

144 Possunt tamen non solum legatum, sed etiam fideicommissum ab alieno arbitrio pendere non libero, sed regulato.

145 Hæc verba: *Te, fili, rogo, ut prædia hereditaria ita dirigas, & cures, ut ad filios tuos perveniant:* fideicommissum inducunt.

QUI

815

QUIBUS MODIS REVOCE- tur Legatum.

*Ad eundem J. C. Ulpian. in d. L. Fideicommissa 11. §. Si rem 12. us-
que ad finem.*

- 146 **L**EGATA, & fideicommissa nuda voluntate adimi possunt.
147 Legata, vel revocantur expresse, vel tacite.
148 Expresse, quando verbis testatoris vel in testamento, vel in
codicillis ademptio declaratur, & in hoc casu legatum ipso
jure extinguitur.
149 Tacite, quando non ex verbis, sed ex aliquo detegitur vo-
luntas testatoris.
150 Per alienationem necessariam rei legatæ non extinguitur legatum.
151 Alienatio necessaria est illa, quæ fit vel ob necessitatem rei familiaris, vel tem-
poris, vel à lege impositam.
152 Alienationem factam ex causa remunerationis esse necessariam, omnes benefi-
cijs grati non ignorant.
153 Alienatio necessaria impropria, quælis dicitur pignus, seu hypotheca, etiam le-
gatum non extinguit.
154 Per alienationem voluntariam rei legatæ censetur legatum extinctum.
155 Donationem esse alienationem voluntariam constanter asserimus.
156 Sufficit alienatio voluntaria absque traditione ad legatum extinguendum.
157 Neque favor piarum causarum efficere potest, ut legatum ad pias causas per a-
lienationem voluntariam non extinguatur.
158 Idem dicimus in legato relicto personis conjunctis.
159 In legato libertatis idem affirmare placet.
160 Donationem causâ mortis extingui etiam per alienationem voluntariam omni-
bus patet.
161 Maximè dubitatur: Utrum per alienationem voluntariam inutilem legatum ex-
tinguatur? Affirmantibus adhæremus.
162 Quid autem, si rem voluntarie alienatam testator redemerit? Legatum non re-
viviscit.
163 Convalescit tamen legatum, si testator aliam rem loco alienatæ subroget.
164 Extincto legato per alienationem voluntariam respectu rei principalis etiam
quoad accessorium extinguitur.
165 Si particula *cum* cadat super res, quarum dignitati repugnet, ratio accessorij, ut
sunt, v.g. gnati ancillarum, non revocatur ratione accessorij.
166 Per exactiorem debiti extinguitur legatum nominis.
167 Post alienationem voluntariam onus probandi competit legatario.
168 Si vero alienatio fuerit necessaria, onus probandi competit heredi.
169 Marmora, columnæ, & similia, quæ ædificiis inhereant, legari non possunt.
170 Et, si postea ædificium fuerit demolitum, non debentur.

- 171 Si quæras: An hujusmodi legati æstimatio debeatur? Negativè dicimus.
- 172 Si tamen ædificium fuerit illicitè constructum, illi adjuncta legari non prohibentur.
- 173 Fideicommissum de præstanda alicui foenore certa pecuniæ quantitatè validum est.
- 174 Heres non poterit cautionem exigere à tali debitore, neque statim pecuniam fæneratam petere.
- 175 De jure nostro Regio valida, & licita est usura *De seis, & hunc quarto por cento.*
- 176 Quando servo alieno legatur militia, domino ejus æstimatio debetur.
- 177 Tale legatum esse quantitatibus nemo est, qui nesciat.
- 178 Et hoc procedit, si testator sciat legatarium esse servum, secus, si ignoret.
- 179 Quando aliqua res legatur, vel fideicommittitur, ipsa res præstari debet; & si ipsa præstari non possit, ejus stimatio præstari debet.
- 180 Quando testator, qui legavit decem, disposuit, quod si legatarius ea perdidisset, rursus ei præstarentur, de validitate fideicommissi non dubitamus.
- 181 Heres præstando prima decem non potest à legatario exigere cautionem de non perdendo primo legato.
- 182 Neque legatarius ab hærede de præstando secundo fideicommissio.
- 183 Si legatarius prima decem perdidit, non tenetur heres ei restituere amplius, quam semel.
- 184 Heres nequit in infinitum gravari.
- 185 Fideicommissum relictum animo compensandi, si compensatio non sequatur, non debetur.
- 186 Heredes gravati de faciendo opere alicui civitati, quicumque in solidum tenentur.
- 187 Pro obligatione constituendi servitutem, & faciendi statuum idem resolvimus.
- 188 Difficilis sese offert quæstio: Utrum obligatus ad factum illud præcise facere teneatur? Affirmativè respondemus.
- 189 Unde sequitur quod non liberatur præstando interesse, si factum possit, & creditoris intersit ad impleri.
- 190 Sed si factum adimpleri non possit, neque creditoris intersit, præstabitur æstimatio,

Ad J. C. Valentem lib. 11. fideicommiss. in L. Stichus 12. hoc nostro titulo.

- 191 **Q**uando testator servo proprio libertatem relinquit, & ab herede rogat, ut eum faciat docere artificium, valet tale fideicommissum.
- 192 Legatum de re incerta nullum esse asserimus.
- 193 Si tamen materia sit favorabilis, & certificari possit, illius validitatem defendimus.
- 194 Qui neque fundum, neque domum habet, inutiliter fundum, vel domum legat.
- 195 Qui tamen servum non habet non inutiliter servum legat.
- 196 Et illius electionem heredi competere firmiter tenemus.

- 197 Si autem testator fundos habens, vel domos. fundum, vel domum leget, validum est legatum.
- 198 Si quæras: Cui in hoc casu competat electio? Respondemus, quod, si legatum fuerit relictum per damnationem, electionem competere heredi.
- 199 Legatario verò dicimus, si per vendicationem fuerit relictum.
- 200 Idem procedit in legatis alternativis.
- 201 Si testator plures habens stichos, vel fundos Cornelianos, fundum Cornelianum, vel stichum leget, utile est legatum.
- 202 Et electio ad heredem pertinet.
- 203 Si legentur nummi certi in quantitate, in qualitate verò incerti, si non constet ex usu testatoris, vel regionis, vel ex testamenti contextura, quos voluisse legare, exiguiore sunt præstandi.
- 204 Legatum incertum in materia alimentorum iudicis arbitrio certificabitur.
- 205 Idem procedit in legato dotis; certificari enim à iudice debet juxta facultates testatoris, & qualitatem dotatae.
- 206 Si testator gravaverit heredem, ut servum doceat artificium, iudicis arbitrio certificabitur, inspecta ætate, conditione, natura, & ingenio servi.
- 207 Officium differre ab artificio omnibus patet.

Ad J. C. Metian lib. 2. fideicommiss. in L. si sic 13. ff. hoc nostro titulo.

- 208 **S**I sic testator fuerit locutus: *Heres meus Titio fundum dato, & Seyo hoc amplius decem*; utrumque respectu fundi legatarium esse asserimus.
- 209 Seyus in terminis propositis ultra dimidiam partem fundi, decem percipere debet.

Ad J. C. Gayum lib. 1. fideicommiss. in L. non dubium 14. hoc titulo.

- 210 **C**onditio impeditiva matrimonij pro scripta habetur de jure Digestorum tam respectu Virginis, quam Viduæ.
- 211 Si autem imponatur Viduæ, de novissimo authenticorum jure sustinetur.
- 212 Si Titio relinquatur legatum, *Si Seya non nupserit*, hæc conditio non remittitur.
- 213 Si uxori legetur sub conditione, *Si non nupserit*, cum obligatione illud restituendi; etiamsi nubat, illud restituere tenetur.
- 214 Heres institutus sub conditione jurandi aliquid dare, vel facere, remisso jurjurando, ad hereditatem admittitur, & legata, ac fideicommissa in testamento relicta præstare tenetur.
- 215 Tenetur etiam ad illud faciendum, de quo faciendo, eum testator jurare volebat.
- 216 Maximè controvertitur: An hæc obligatio sit conditionalis, vel modalis? Modalem esse defendimus.

217 Sires aliena præstari nequeat, quia à Domino non potest facile comparari, ejus æstimatio debetur.

218 Sed si dominus eam immodico pretio vendere intendat, heres justam æstimationem præstando satisfacit.

Ad 7. C. Metian. lib. 2. Fideicommiss. in L. Heres 15. ff. hoc nostro titulo.

119 **Q**Uæ sunt in profundo maris, possunt legari.
220 Et ad earum præstationem tenetur heres, quando cunque apparuerint.

CONIMBRICÆ:

Ex Typ. in REGAL. ARTIUM COLLEGIO Societ. JESU,
Anno Domini 1722. Cum facultate Superiorum.



220
L. P.
S. L.

*L. D. Dominio Joh. Ser.
222*

97 Si autem testator fundus habeat, vel domus, tandem, vel domum legat, vel
98 Si autem testator fundus habeat, vel domus, tandem, vel domum legat, vel
99 Legatario vero dicimus, si per venditionem, vel per aliam modum
100 Idem procedit in legatis alternativis.
101 Ad J. Christiani lib. 2. Fideicommissi. in l. Heres. §. ff. hoc
102 Et electio ad heredem pertinet.

103 Si legentur omni certis, vel in profundo maris, possunt legari.
104 Legatum insertum in materia aliter testatoris arbitrio certabitur,
105 Idem procedit in legatis alternativis, si legatarius non sit in statu
106 Si testator gravaverit heredem, ut servum, vel alium, in rebus suis

CONIMBRICÆ.

Ex Typ. in REGAL. ARTIUM COLLEGIO SOCIET. JESU.
Anno Domini 1722. Cum facultate Superiorum.
Ad J. Christiani lib. 2. Fideicommissi. in l. Heres. §. ff. hoc
nostro titulo.



107 Maxime controversum est, si legatum, vel modalis? Mo-
dalem esse defendimus.

H. B. 18
14 (38)

PRO PRIMORDIALI
 DE MORE ACADEMICO
 TOGATÆ PALLADIS CERTAMINE
 EXCELLENTISSIMO
 DOMINO
 D. JOSEPHO
 DE
 PORTUGAL,
 COMITI E VIMIOSO
 PRÆCLARISSIMO,

DOMINO MEO AMABILISSIMO

Me denuò
 Jam diù mancipio datum,
 Et nostra hæc

V. & C.

PRÆLIMINARIS QUÆSTIO
 PROCLAMAT:

*Utrum Filiusfamilias, cui fideicommissum, vel legatum volitum fuit sub conditione, si dicitur
 patris sui juris efficiatur ex eo, quod per emancipationem extat à patris potestate, statim
 possit tale legatum, vel fideicommissum cum effectu petere?
 Veniam, quòcunque vocari.*

De D. Domingo del 21 de Mayo


21 de Mayo

EXCELLENTISSIMO
DOMINO
D. JOSEPHO
DE
PORTUGAL
COMITI ENMIOSO
PRACLARISSIMO
DOMINO MEO AMABILISSIMO

Me deuno
Jam diu mancipio datum
Et nostra hac

N. & C.

[Faint mirrored text at the bottom of the page]



1078
X

Inclusiones & Quis
En Villa